855 rep. Aquileiae a. 1858 m. Dec. in fundo Hectoris de Ritter et illata in museum Cassis.

IMP · CAES
DIVI · HADR · F
DIVI · TRAIAN · PAR
THICI · N̄ · DIVI · NERVAE
PRON̄ · T · AEL · HADRIAN
ANTONINO · AVG · PIO
PONT · MAX · TRIB · POTES
XXIII · IMP · II · COS · IIII · P · P p. C. 160
D D

Pirona ms.; Zandonati *raccolta Veneta* 1 (1866), 128.

856 reperta Monasterii a. 1788. *Manca alla prima* (n. 856) *la cornice sul lato sinistro ed alla seconda* (n. 857) *sul lato destro; quindi devesi dedurre, che tra esse stasse una terza pietra* MOSCH. Potius inde colliges titulos hosce duos iuxta positos fuisse. Fuit in museo Cassis, in quo ego non repperi.

MAGNO
ET · INVICTO
IMP
g a l l i e n o
GERMANICO · AVG
LICINIVS
DIOCLETIANVS · V · E
NVMINI EIVS
DICATISSIMVS

Rodari n. 1; Pironae schedium a. 1788 n. 8; Coletus ms. 1789 n. 17; Cortenovis ms. p. 96; Carli 2, 330 et denuo 3 p. LXIII, hoc loco a Gravisio; Moschettini ms.; Steinbüchel *Wiener Jahrb. A. B.* 12 (1820) p. 29; Zandonati p. 211.

Zandonatii v. l. omisi. — 4 v. erasum non adnotant Rod. Carli 2 Mosch. — 5 AVG om. Cort. — 6 LICINVS Rod. — 7 V · F Carli 2. — 8 AEIVS Carli 2. — 9 DICATISSIM Mosch.

Omnino Gallieni, qui similiter dicitur magnus et invictus Orell. 1065 cuique recte convenit cognomen solitarium Germanici.

857 Aquileiae reperta cum praecedente. Extat in museo Cassis.

s a l ó n i n á e
SANCTISSIMÁE
AVG
MATRI CASTRÓR
SENATVS · AC PATRIÁE
LICINIVS
DIOCLÉTIÁNVS
V · E
NVMINI · EIVS
DICATISSIMVS

Contuli. Traditur cum praecedente; apud Rodarium est n. 2, in Pironae schedio n. 7, apud Coletum n. 18 et sic deinceps.

1 erasus est, sed remanserunt apices duo supra quartam litteram et paenultimam, qui recte respondent nomini quod requiritur Saloninae. Male rettulit, quamvis dubitans, ad Iuliam Domnam Marinius Arv. p. 702 Carlium secutus et sic cum supplemento IVLIAE PIAE DOMNAE picta legitur in aedibus Moschettinianis.

858 Aquileiae in ecclesia maiore.

*a*Vg · TRIB · PO*t* · *iiI*
*c*OS · II · P · P · PRO · COS
*sep*TIMIVS · AMANDVS
*u*P · RATIONA*l*IS · DEV*o*
*t*VS · NVMINI · MA*i*
*e*STATIQVE · EORVM

Servavit Secundus apud Bellonum n. 28 (inde male Bertoli apud Mur. 267, 3 et in syll. p. 265 n. 378, denuo ms. n. 727); Sanutum f. 41′ n. 53; Vat. 5250 f. 62 n. 6. Interpolavit inde acceptam Asquinius ms. apud Pironam.

1 V · C · TRIB · P · OINI, 4. 5. 6 PRATIONATIS DEVS | IVSNV (IVSHV San.) MINIMA · L | STATI QVE EORVM (TORVM Bell.) traditur. — Asquinius sic interpolavit: TI · CAES | ////// | TRIB · P · IMP · II | COS · II · PROCOS.

859 alta ped. ½ Aquileiae *nella casa di Fasciatta allo speziale.*

imp · *c*AES · FL · IVL · C*onstantio*
victori \C TRIVMFA*t*
\[illegible]

Zuccolo ms.

860 Aquileiae in aedibus Tullio.

TRIBVNV
POTES

Cortenovis in itinerario a. 1780.

861 rep. Aquileiae 1726 prope pontem Monasterii.

C · APPVLLEO · C · F · TAPPONI
PONTVFICI
SEPSTINIA · VXOR

Beretta ms. (inde Mur. 152, 3); Bertoli p. 128 n. 121. Inde vol. 1 n. 1458.

1 APPVLLEO Ber. ms. et Bert., APPVLEIO Mur. ex em.

862 basis magna quadrata rep. Aquileiae a. 1726 ad pontem Monasterii.

C · APPVLLEIVS
M · F · TAPPO
PR · AED · TR · PL · Q
IVDEX
QVAESITIONIS
RERVM · CAPITAL

Beretta ms. duobus exemplis; Bertoli p. 300 n. 419 (cf. corrig.); Mur. 675, 6 a Beretta et Bertolio. Ab his Orelli 3827.

1 APPVLLEIVS Bert. et Mur. ed., APPVLEIVS Ber. 1. 2. — 5 QVAESTIONIS Ber. 1. 2. — 6 RER · Ber. 2.

Apparet honores legitimos ordine recenseri, subici his iudicis quaestionis officium tamquam extraordinarium, quamquam secundum temporis ordinem sine dubio interponendum fuit inter praeturam et aedilitatem.

863 Aquileiae rep. in effossionibus a. 1788.

M · AVRELIO · M · F
cOTTAE · PRO · COS cos. u. c. 680

Rodari n. 7; Pironae schedium a. 1788 n. 18; Asquini ms. apud Pironam.

1 . . . VRELIO · M · F Pir. sched. et Asq. — 2 COTTAE Asq.

Non caret suspicione utpote coniuncta aliquatenus cum fraudibus Asquinianis. Verum tamen et nomina recte se habent et in titulo dedicato Cottae post annum consulatus antequam fasces deponeret ferri potest, quod solus proconsulis honor enuntiatur.

864 Terzi in aedibus Fabbriaghi.

*b*ARBIO
*fu*LVIO
AEMILIANO
pr\ETORI
*aedi*LI · PLEBIS
q · *pr* · *p*R · PROVINC

Bertoli p. 311 n. 446; contulit Cortenovis. Tractavit Borghesi Trai. Dec. p. 42 = opp. 4, 301, ubi emendavi in adnotatione.

5 om. Bert. — 6 P · PROVINC Bert.

865 ex ruderibus Civitatis Novae in aestuariis traducta Ceggiam in aedes vicarii X mil. ab Opitergio COLETVS (1785) iisdemque verbis CORT., similibus FILIASI. Ad Dalmatiam refert MARINIVS errore. Deinde Veronae in museo, ubi viderunt VENTURI BORGHESI ORTI; hodie desideratur. — Quonam loco antiquitus steterit, nescitur; inter Aquileienses rettuli propter simul repertum titulum omnino origine Aquileiensem n. 827.

t · C A E S E*rnio statio*
Q V I N C T I *o macedoni*
Q V I N C T I A*no c. u. cos*
SODALI · AVG · *curatori*
VIAE · APPIAE · P*raef. alim*
LEGATO · LEGIO*nis . . . .*
PIAE · FIDELIS · CO*miti imp*
PER · ORIENTEM *praet. cand*
INTER · CIVES · ET · P*eregr. trib.*
PLEBIS · CANDIDA*to dilect. per*
AFRICAM · MAVR*etaniasq q*
CANDIDATO · T*ribuno mil*
*l*EGIONIS · TR*icesimae ulp*
*ui*CTRICIS · T*riumuiro*
*au*RO · ARGEN*to aere f f*
*pat*RONO CO*llegi fabr*
D *eor*
SERVI*lius*
AMIC*o*

Coletus inscr. Opit. n. 3; idem exemplum ad Marinium (qui ed. Arv. p. 18) misit Cortenovius, in cuius schedis non extat. Ex his Filiasi mem. ed. 1 3, 342, ed. 2 2, 223. Emendavit ex lapide Borghesius, cuius exemplum ed. Henzen in *Zeitschrift für Alterthumswiss.* 1848 p. 297; *Annali* 1849 p. 230; syll. n. 6502 (cf. add.). Praeterea repperi in schedis Veronensibus Venturae pluribus exemplis, item inter Ortianas.

1 CAES Fil. — 3 om. Col. (versu vacuo relicto) Cort. Fil., OVINCTI/ Orti. — 5 f. P Borgh., \ Orti, F Col. Cort. Vent., ET Fil. — 6 LEGIONIS Borgh. — 7 PIA Fil. — 8 om. Orti. — 9 ET · I Col. Cort. Orti, ET · P Mar. Vent., ETIA Fil., ET Borgh. — 10 CANDIDAT Vent. 1, CANDIDATO Fil. Borgh. — 11 MAVT Orti, MAVRI Col. Fil. — 12 TRI Borgh. solus. — 13 //EGIONES Col. Cort. Fil. Vent., LEGIONIS Borgh. — 14 //CTRICIS Borgh., //CT/ICIS Col. Cort. Vent., CT...ICICIS... Fil., CTEICICIS Orti. — 15 ARGENTO Fil. — 16 CS pro CO Orti. — 19 AMICI Fil.

Supplementa fere sunt Borghesii, nisi quod v. 10 adscivi proposita a Renierio *mélanges* p. 18 non plane certa, probabilia tamen, et v. 16. 17 Borghesiana mutavi propter n. 866. Eiusdem Macedonis sunt tituli Albanus Orell. 3781: *Iovi o. m. T. Caesernius Statius Quinctius Macedo Quinctianus cos. v. s.* et sequens n. 866, in quo dicitur *T. Caesernius Macedo Quinctianus; Macedo* simpliciter appellatur in titulo n. 482 liberti T. Caesernii Eucaeri. Praeterea Borghesius v. 7 quod proposuit *com. divi Veri* non retinui, nam quod ille coniecit Caesernium Statianum, quem ex titulo Divionensi edito annal. l. c. constat consularem fuisse Germaniae superioris a. 150, huius fuisse patrem et hunc a patre nomina traxisse T. Caesernii Statii Macedonis, a matre autem Quinctii Quinctiani, nec per se satis certum visum est et refutatum iam ex parte certe titulo Cirtensi Renierii n. 1817, ubi consularis ille Germaniae sic appellatur *T. Caesernius . . f. Palat. Statius Quintius Statianus Memmius Macrinus;* unde et ipsi nomen fuisse constat Quinctii.